UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 74. Aliud diploma circa Collegium Montis Alti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Visual Library

Sæcul. XVI. A.C. 1588.

Socii, qui Martyrio coronati fuere proin cultus, quem Sixtus V. diplomate mox recenſito decreverat, æquali quoque firmitate eisdem deferri valet.

§. LXXIV.

Aliud diploma circa Collegium Montis Alti.

Bull. Conſt. 89. *p.* 705.

Alia ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutio hoc anno die decima ſeptima Novembris edita exſtat, qua in Bononienſi Urbe erigitur Collegium ſub nomine Montis Alti pro quinquaginta ex Provincia Marchiæ Anconitanæ Scholaribus, porro huic Collegio beneficia, & annui redditus aſſignantur, privilegiaque, & exemptiones conceduntur, necnon judex, & Protector deputatur, facultatibusque & jurisdictione eisdem attributa.

Præterea omnes hujus Collegii Alumnos Pontifex ab Archiepiſcopi, & Bononienſis Legati jurisdictione, nec non ab Annatis, aliisque ſubſidiis eximebat, atque ipſis etiam, *& eorum colonis, & conductoribus, & emphyteutis frumenta, & fruges, ex profeſſionibus dicti Collegii, de omnibus locis ſtatus Eccleſiaſtici absque ſpeciali licentia, & ſolutione extrahendi, ac ubique in dicto ſtatu vendendi auctoritatem concedebat.*

§. LXXV.